



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Mulier in grauißimum vitæ discrimen adducta præseruatur ad B. virginis
inuocationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

MVLIER IN GRAVISSIMO VITAE
discrimen adducta praeservatur ad B. Virginis
inuocationem.

CAPVT XXXIII.

ANno supra millesimum 406. Captiuus quidam traditus uxori philacistae seu custodis carceris Multiensis, vt eum sub poena mille coronatorum fideliter custodiret, ad eum subtiliter suas partes egit, vt carceres confregerit, & postea in quoddam diuersorium sese cla receperit, tum ad corpus cibo reficiendum, tum etiam vt noctem praestolaretur, sub cuius medijs istque densis tenebris commodius vitae consulere posset, fuga salutem quaerendo. Domifella huius rei admonita per eos qui cibos, vt putabant, captiuo deferbant, extremis se tristitiae angustijs confecit, & tam studiose eum vndequaque perquisiuit, vt eum nusquam inuento, in genua, super scamnum eiusdem hospitij, in quo latebat, ruerit omnium deuotionis affectu benedictam Virginem inuocando, vt sibi piam opem ferre dignaretur. Captiuus autem, prout ipsa mulier postea enarrauit, sub eodem scamno delitescens cultrum in manibus gestans ad eam iugulandum: quod & re ipsa praestitisset, nisi per B. Virginis inuocationem ad id impotens fuisset affectus omnibus destitutus viribus, quemadmodum ille postea ore proprio rem totam fassus.

ius est. Matrona autem illa in gratiarum actionem Camberonam venit peregrinationis ergo, secū deferens & offerens marcam argenteam; cunctaque fideliter retulit quæ ipsi aciderant.

IVVENCVLVS IN MORTIS PERICULO constitutus mortis euadit periculum, ubi eum parentes B. Virgini deuouerunt.

CAPVT. XXXIIII.

ANNO 1407. filius Iacobi Doujielliet ciuitate Mainvvauc oriundus acum deglutuit, quæ die noctuque tanto cum dolore in eius resedit corpore, vt sanguinem copiosè nimis emittens parum abesset quin ad extrema vitæ perductus spiritum exhalaret. Pater & mater tam miserum casum summo pere lugebant, donec eum toto vitæ suæ tempore B. Virgini Camberonensi peregrinum deuouentes, acum deorsum emisit per partes inferiores, sicque sanus effectus est.

Malter